Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36552
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



iiii. kl. Mai. regnante dno nro ihu xpo. qui cum patre
et spu sco uiuit et regnat ds. p omia scla sclorum. Amen.

Incip. Passio Benigni Martiris. K. Nov.

Post. ios pletum. redemtionis
humane mysterium. uerbo di in assumpto homine
apparente et ueritatis sue splendoribus mundanas
tenebras illustrante. aplice doctrine salutifera institu
tio subsecuta e. qui tamquam montes sublimissimi clari
tate ueri. et in occidui solis euicino suscipientes catholice
fidei lumina. p orbem totum instruendis gentibus pfuderunt.
Ex quorum sacro collegio instar splendidissimi syderis emi
cuit coangelicus. et summus theologus iohs ewangelista.
qui rapidissimo contemplationis uolatu mundum omnem
uisibilem seu inuisibilem superans ultra omnem celum in pa
radyso paradysorum sublevatus totusque in dm transfusus.
claritatis ppetue radios hausit. Hic postquam de pathmos
insula ubi eum crudelissimus et totius nequitie ergasterium.
nero domitianus ob inuictam predicandi constantiam re
legauerat. pussimi nerue imperatoris edicto reuocatus
e. policarpum discplm habens spectatum in diuinis
rebus et sinceritate fidei uirum. Qui primodum smirnensis
eccle insignis epc ac doctor totius asie miraculis cla
ruit. sicque sub marco antonino uero agonis sui cursum
martyr gloriosus inpleuit. Cum igitur iam grandeuus et eccle
siasticis stipendiis approbatus. laborum premia miles eme
ritus expectaret. quiescenti ei in tempeste noctis silen
tio subito cum innumera candidatorum martyrum turba.
scs hyreneus apparuit. qui alumpnus quondam et minist